2

**Incipit ꝓlogus libri Reuerendi In xp̄o patris et dn̄i: dn̄i Wilhelmi Ep̄i lugdunensis eximiiꝗ sacre pagine doctoris parisiensis: de fide et legibꝰ.**

IN ordine sapientialiū dominaliumqꝫ scientiarū A Istam diuini cultus vereqꝫ religionis scientiam · de qua prout desursum accepimus scribere intendimus. Primum locū obtinere. prime ac theoloyce ph̄ie. Prima pars declarat atqꝫ certificat; Huiꝰ autem vtilitas & fructus eadem prorsus est · que diuini cultus vereqꝫ ac deo accepte religionis, Omnium enim vtilitatum vtilitas · & omnium fructuū fructus · felicitas eterna est: propter quaꝫ omnes substantie nobiles · hoc est rationabiles & intelligentes create sunt, Quia ergo nec gressu · nec volatu: nec natatu: nec alio quocunqꝫ motu qm̄ sanctissimi cultꝰ · siue deo altissimo placitis obsequiis: nec alia via nisi sincera immaculatissimaqꝫ religione ipsiꝰ · hoc est qua ei adheretur & vnit: est impossibile venire ad felicitatē eternaꝫ B Hec est cuiꝰ sola ignorantia erubescenda est · sicut ait ph̄us Apuleius, Interrogatus enim inquit · An scias statuas facere · absqꝫ rubore respondebis nescio: quia non pudet te non esse significum re statuarum · Interrogatus autem · an scias bene viuere: non rn̄debis dicere nescio Huiꝰ enim ignorantia adeo vbiqꝫ damnata est: Vt omnis natio illam gladio & igne exterminet & profugat. Cum enim animal irrationale sciat vt ita dicaꝫ viuere ſm ꝙ decet ip̄m · quid est magis maioriqꝫ damnatione in gn̄e humano dignum · qm̄ ignorantia bene viuendi, bene autem viuere · est viuere vt decet Nihil autem adeo decet vitam nostraꝫ vt religiositas. Nihil adeo decorum potest haberi vt illam · Et vt ad vnum dicamus totus & solus decor vite nostre ipsa est religiositas Ipsa etiam est perfectio ad quam nati sumus: que quidem hic aggredienda est; & continuis profectibus semper agenda. In futuro vero post hanc vitam expectatur eiusdem latissima plenitudo · que est potissima pars glorie ac felicitatis eterne sicut faciemus sciri · cum loquemur de statu animarum nostrarū post corpora · Totum enim deo viuere religionis cō/sūmatio est: & finalis beatitudinis & glorie plenitudo · C

Quia igit̄ fides vere religionis fundamentū · est prima radix atqꝫ principiū diuini cultus Necesse habemus in prima p̄te tractatus istius · fidem que virtus est stabilire atqꝫ declarare: p̄eminentianqꝫ certitudinis & etiam altitudinis quam habet · ad mundane ph̄ie disciplinas · Ceterasqꝫ compationes ipsius ad illas ostendere, Deinde causas errorū · impietatis · sectarūqꝫ perditionis · aperire & numerare · Tercio persuasionem ipsiꝰ &

GROSSHERZOGLICH HESSISCHE HOFBIBLIOTHEK

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-442/0001
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG